

**Q**ui cupis in paucis uersari: & multa uidere:  
**H**oc lege: quod **M**arius utile promulgit opus.  
**V**erius sacro nil dicas fonte Phileſi.  
Et nihil utilius hoc opere esse putas.  
**N**amq; is rhetorica breuiter præcepit in arte  
Præcepta: Exemplis munijt inde datis  
**O**mne genus scripti: uarius quo nititur usus:  
Adiunxit sollers hinc **M**ariana manus.  
**T**um genus in ternas partiuit quodq; figuræ:  
Inſimus eſt: medius: altiloquusq; modus.  
**A**rgumenta uiri poterūt hinc sumere docti.  
At iuuenis totū uendicet usq; librum.  
**O**mnia debemus Mario pro munere tanto:  
Multū **M**ondello: quo duce uiuit opus.